## CAPUT IIX.

## USUM SPECIALEM JUNIPERI IN AFFECTIBUS CAPITIS DECLARAT.

## I. DOLOR CAPITIS.

DOlente & langvente *capite* corpus univerſum dolere & *langvere* notiſſimum eſt, ideoque *capiti* ſuccurrendum à Medico, dolorque tàm mitigandus quàm aufferendus eſt. Sed non unô dolet modô Regia mentis ſedes: Jam enim pars illius exigua dolore atrociſſimo, ac ſi *clavus* ibi eſſet infixus, corripitur, ideò & talis affectus *Clavus* in foro medico dictus eſt, jam dimidia ſaltem capitis pars ab *Hemicraniâ*, dolore mirum in modum torquente, qui & tactum ferre recuſat, vexatur, jam *Cephalalgia* totum caput excruciat; jam quoque *Cephalæa* illud invadit & antiquam quandam ſibi adſcribit poſſeſſionem, & ægrè ex hoſpitio cedit leviquе occaſione revertitur, tantâ ſtipata moleſtiâ, ut & omnia quaſi homini adverſa ſint.

*Dolor capitis.* *Clavus.* *Hemicrania.* *Cephalalgia.* *Cephalæa.*

Hiſce omnibus generosè ſe opponit *Juniperus*: Si enim dolor ab humoribus, cujuscunque ſint generis, proveniat, tunc illi præmiſsô aliquô medicamentô

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169976-p0101-2 DFG

mento præparante quale commendat, *Rolfincius lib. 2. Conſultat. 2.* evacuari poſſunt *Rob. noſtr. purg.* ℥ß. Medicamentum præparans tale eſt:

*Internè.* ℞ *Cryſtall.* ♀i ℈i.
*Sal. majoran. juniper* ãã ℈ß.

Miſc. divide in duas partes in chartis diſtinctis S. zwey Lind-Pulver, Hôc factô

℞ ▽. *Verben. majoran. beton.* ãã ℥ß
*Rob. Juniperin. purgant.* ℥ß.

D. ad Vitr. S. Purgirent Haupt-Tränckslein auf einmahl.

Si à pituitâ dolor oriatur, ad exitum illa præparari & digeri poteſt ſequente, quod commendat *Grylingius part. de ſecund. Univerſal. Evacuat. genere p. 64*

℞ *Spirit. deſtill. ſuccin.* ℥iß.
*Eſſent. rorismarin. flor. pœon.* ãã ℥j. *Croc.*
*Extract. gran. juniper. rut.* ãã ℈j.
*Caſtor.* gr. VII.
*Spir.* ⊕*li* ℈i. *M D. S.*

Digerirende Haupt Eſſentz. Doſ. gtt. 40.

Internè inter alia commendatur *Aqua baccarum Juniperi ſimplex*, ut & Aqua vitæ compos. minor. *D. Rivii* quæ talis:

℞ *Granor. juniper contuſ.* M. IV.
▽. *vitæ vel Spir. Vin. aut Spir. Juniper* Menſ. j.

In-

Infund. per 3.dies poſtea deſtill. per Bal. Mar. deſtillato adde

*Folv. ſalv.* iv. *arthet. puleg.* ãã Mj. *croci* ℥ij. Reſervetur in benè clauſo vaſe ad uſum, Doſis cochl. ſem. ad. 1.

Fœminæ dolore capitis à Catarrhis laboranti *Nobiliſſimus & Excellentiſſimus D. D. Johann. Arnold. Friderici P. P. Jenenſis famigeratiſſimus, Præceptor meus honoratiſſimus* νῦν ἐν ἁγίοις ſequens præſcripſit, teſtante hoc *Protocollo medico MSS.* quod ex ſingulari humanitate & benevolentiâ Viri *Maximè Reverendi atque Excellentiſſimi Dn. Joh. Chriſtfried Sagittarii SS. Theol. Doctoris & Ducatus Altenburgici Superintendentis Generalis meritiſſimi* poſſideo, qui illud poſt obitum *B. D. D. Friderici* mihi communicavit:

℞ *Elix. Juniper* ℥iij. *Eſſent. ſuccin.* ℥iß.
🜄*æ ſalv. lil. convall. prim. ver.* ãã ℥j.

Miſc. D S. Miſtur wieder das Hauptweh.

Pilulas seqventes in Viro 40. annorum, Vietori hujus loci, hemicraniâ affecto, egregium præſtitiſſe adjumentum obſervavimus: *Obſervatio.*

℞ *Extract. juniper. majoran. verben.* ãã ℈ß. *opii* gr. viii.
*Eſſent. lil. convall. q. ſ.* Miſc. F. Pilulæ S. Pillen wieder das Hauptweh auf 4.mahl.

Externè quoque *Juniperus* ejusque partes in doloribus capitis ſæpè adhibentur. Sic *Externè.*

℞ *Bacc. juniper. cochl. 1. Nucl. perſicor. num. XX. Thuris alb. parum*

Contundantur omnia ad pultis conſiſtentiam & temporibus applicetur. Vel

℞ *Majoran. virid.*Mij.
*Bacc. juniper. cochl* ij.

Minutiſſimè conciſ. & contuſ. irrorentur ▽. roſar. trajiciantur per ſetaceum, ut arilli remaneant, tunc adde alb. ovor. num. ij. Aceti roſac. & △. roſar. qſ. & capiti applicetur. *Conrad. Cunrath. medull. deſtill. p. 428.*

In dolore capitis Scorbutico Zedoariam & *Baccas Juniperi* cum aquâ Sambuci, Verbenæ, Betonicæ admovere ſvadet *Drawitz tit. 5.* vom Scharbockiſchen Hauptweh.

## II. VERTIGO.

*Vertigo.* MUlta ſunt & non videntur, & multa videntur & non ſunt, elegans eſt proverbium, id quod maximè quadrat in vertiginoſos, quorum oculis multa offeruntur aliâ ſub ſpecie, quàm reverà ſunt, eoſque multa etiam ſubterfugiunt quæ adſunt, interdum enim omnia quaſi nutantia ac ruinam minitantia in gyrum verti ab illis conſpiciuntur, interdum etiam viſu prætereunt res ſatis conſpicuas, id quod variis ex cauſis, ut ſangvinis craſſitie, vaporibus, capitis imbecilli-

tate,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169976-p0104-0

tate, ♀e immodicâ aliisque rebus motum Spirituum animalium inordinatum reddentibus evenire ſolet. Hunc quoque affectum opprimunt & abigunt medicamenta juniperô inſignita.

Aquam ſequentem *Sennertus lib. 1. Med. Practic. part. cap. 4.* efficacem deprædicat. *Internè.*

℞ *Herb. ſalv. menth.* ãã Mj.
*majoran.* Mß.
*Flor. lavend.* Mij. *rut. roſmar.* ãã Mß.
*Nuc. moſch. macis, caryophill.*
*Gran. paradiſ. cinamom.*
*Gran.* J*uniper. Sem. pœon.* ãã ℥ß.

Infund. in ſ. q. Vini Rhenani vel Malvatici, poſteà deſtillentur.

Aquam Cephalicam *D. Hartmanni Beieri* hîc maximè proficuam deſcribit *ita Uffenbach. in appendic. Antidotar. p. 591.*

℞ *Fl. lil. convall. paralyſ.* ãã ℔j.
*Fol. ſalv. rut. roſmar. majoran.* ãã Mj.
*Bacc.* J*uniper* ℔ß. *Gran. Paradiſ.* ℥iij.
*Rad. dictam. alb. pœon.* ãã ℥iv.
*Nuciſt. zedoar. zinzib.* ãã ℥j.
*Vini generoſi qſ. pro Contectione,*

Macerentur per menſem, poſtea deſtillentur.

Elixir Cephalicum non ad Vertiginem ſolùm, cui tamen maximè contrariatur, ſed alios etiam affectus capitis proficuum, tradit *Hofmannus in Theſaur. pharmaceut. p. 59.*

℞ *Rad. acor. pœon. viſc. quercin.*
*Lign. alöes, bacc. juniper.* ā̄ā ℥ß.
*Sem. pœon.* ℨiij.
*Cinamom Caryoph. macer. cardam.*
*Fruct anacardin.* ā̄ā ℈iv.
*Flor. anthom, ſalviæ, prim. ver. pœon. calend. beton. lavend. ſtœch. Ar. lil. convall. euphrag. tiliæ* ā̄ā pj.

Affund. Spir Vin. opt. qſ. digere per ♀♉ vi. ad extrahendam Eſſentiam, poſtea fiat deſtillatio, Deſtillato adde

*Ol. deſtill. lavend. quant. velit imbibere*
*⊖is juniperin. Spir. ⊕li impræg.* ℥j.
*Extract. Lign. Alöes* ℥ß.

Reliqvum in fundo adde & Miſce. F. Elixir.

Spiritum Vini Cephalicum, quem *baccæ Juniperi* quoque nobilitant, maximè ad vertiginem extollit *Mynſichtus ſect. 18. Armamentar. Chymic. p. 274.*

Extractum Cephalicum *Quercetani* ut & Elixir vitæ majus & minus *baccæ Juniperi* ingrediuntur, & ad vertiginem maximoperè commendantur.

*Externè.* Externè *Oleum Juniperinum* ex baccis Vertiginoſis adhibet *Conrad Kunrath medull. d. ſtill. p. 445.* & naribus pulſuque illinere jubet.

Sequentem ſuffitum Vertiginoſo præſcribit *Rolfincius, lib. 2. Conſultat. IX.*

℞ *Benz. ſtorac. calamit.* āā ℥ij.
*Caryophill.* ℥iij. *gran. junper.* ℥ß.
*Flor. lavend.* ℥ij. Miſc. F. Pulvis:
Carbonibus inſpergatur pro ſuffitu.

## III. APOPLEXIA.

*Apoplexia.*

QUemadmodum Glacies pro materia aquam & vaporem habet, ita Apoplexia & Paralyſis ex iisdem proveniunt cauſis, humoroſis videlicet & vaporoſis, & differunt ſaltem *hi* affectus ratione majoris & minoris, & quamvis in ambobus lædatur motus & ſenſus, major tamen adeſt *læ*ſio in Apoplexia, ibi enim cum *ſen*ſu & motu reſpiratio quoque nonnunquam cum pulſu aboletur & ratio, in Paralyſi verò motus tantùm & ſenſus hujus vel illius corporis partis tollitur ſine rationis læſione.

In utroque affectu *Juniperina* excellunt medicamenta. Inprimis in Apoplexia maximoperè commendantur injectiones Clyſterum, qui Spiritus animales excitare valeant, & ſic talem commendat *Sennertus lib. med. Pract. part. 2. cap. 33.*

℞ *Rad. ireos, angelic.* āā ℥iij,
*Fol. rut. calaminth. puleg. hyſſop. cent. min. laur.* āā Mj.
*Flor. ſtœch. Arab. lavend.* āā Mß.
*Fol. ſenn. Sem. cartham.* āā ℥ß.

*Bacc. juniper.* ℥iij. *agaric. alb.* ℥ij.
*Pulp. colocynt. in petiâ ligatæ, vel hujus locô in humore melancholicô*
*Hellebor. nigr.* ℥j.
Coqu. ſ. q. Hydromel. Colatur. ℔j. adde
*Elect. hier. ſimpl.* ℥vj *hier. logad. Benedict. laxativ.* ãã ℥ij.
*Pil. cochiar.* ℈j. *ol. rut.* ℥ij.
*Mel. roſat. vel anthoſat.* ℥j. ⊖ *gemm.* ℈iv.
Miſc. F. Clyſter.

Inter interna aquæ excellunt Apoplecticæ dictæ, quarum paucas reperies formulas juniperi baccis orbatas, uti videre licet *apud Sennert. loc. cit. Quercetan. Langium, Vid. Vidium. Euonymum, Weckerum, Mynſichtum, Timæum à Güldenklee in Caſ. Med. & alios*, quarum formulas omnes & ſingulas addere noſtri non eſt inſtituti.

*Internè.*

Singularem Miſturam Antapoplecticam deſcribit *Rolfincius lib. 4. Chim. ſect. 4. cap. 2.* quæ talis:

℞ *Miſturæ* ⊕*latæ*, ♀*iſatæ, theriacalis* ℥ij.
*Spir. CC.* ⊖*e volatili impregnati* ℥j.
*lil. convall. ſangvin. human.* ãã ℈ij.
*Extract. Granor. juniper. roriſmarin. ſalv. betonic. ſerpil.* ãã ℥j.
*Eſſent. lavend. lil. convall.* ãã ℥ß.
*Syrup. fl. lavend. pæon.* ãã ℥iij.
Miſce omnia exactè; ſtent in digeſtione

ignis

ignis lenti, ſpatio ♉ ℞iij in cucurbitâ, donec in fundo vaſis appareat hypoſtaſis ſeu ſedimentum ſpiſſum craſſumve, reliquum verò clareſcere incipiat & rubeſcere rubini aut vini inſtar rubri. Purum ab impuro ſeparetur per inclinationem. Quod ſi quid in digeſtione exſtillaverit per alembicum ſupropoſitum, adde Colaturæ, quæ iterùm coletur. Colatum ſervetur in vitro benè claudendo. Doſis ℈i, ʒß. ℈ij.

*Quercetanus cap.9. Pharmacop dogm. reſtit.* tale vinum Apoplecticis ordinat & dicit, quòd unum vel duo cochlearia illius exhibita, ſubitò Apoplecticos reſtituant & tanti mali tyrannidem arceant:

℞ *Flor. lavend. Salv. Anth.* āā *p.IV. vel V.*
*Bacc. juniper.* ℥ij.

Infund. vitro, affundatur Vinum optimum, occluſô vaſe macerentur in Bal. Mar. tepidiſſimo per 4. vel 5. dies, Colentur.

Simile Vinum medicatum *juniperi baccis* nobilitatum, Apoplecticis præſcribit *Deckerus in notis ad Prax. Barbett. cap. d. Apoplex. ibidem* videndum.

Sal Apoplecticum tale exhibet *Mynſicht. Sect. XI. Armament. Chymic. pag. 194.*

℞ *Sem. eruc.* ℔ij.
*Rad. lil. convall. pyrethr. caryoph.* ãã ℔j.
*Ceraſor. nigr. ſylveſtr. exſicc.* ℔ß.
*Bacc. juniper. laur.* ãã ℥iv.
*Herb. iv. arthet. majoran. roſmarin. origan. hyſſop. ſalv. acut.* ãã ℥iij.
*Flor. calend. lavend. prim. ver. beton.* ãã ℥ij.

Miſc. F. l. a. Sal candidiſſimum.

*Loquelæ amiſſio in Apoplexia.* In loquelæ amiſſione Apoplecticorum ſequens maximis extollit laudibus *Philippus Müllerus l. V. Miracul. Chymic. p. 108.*

℞ *Granor. Juniperi* Mij.
*Aqu. Vitæ. Menſ.* 1.

Contund. & macerentur in Aqua Vitæ per triduum & colentur per pannum. Imponantur deinde ſalvia, pulegium & naſturtium & croci ʒj. Detur patienti & ſtatim loquelam recuperabit.

Singulare quoque medicamentum ad amiſſam loquelam recuperandam ex *Juniperis* concinnat *Conrad Kunrath p. 466. medull. deſtillator.* quod *locô citatô* videri poteſt.

*Externè.* Inter externa ſequentia Capiti applicat in Apopl. *Sennertus loc. ſupra allegatô* &

℞ *Fol. ſalv. majoran. puleg. rut.* ãã Mj.
*Flor. chamomill. ſtœch. Arab. melilot.* ãã Mß.
*Rad. calam. aromat. Sem. aniſ.*
*Bacc. juniper.* ãã ℥ß.
*Nuc. moſch. cubebar.* ãã ʒij.

Coqu. in vaſe clauſo cum ſ. q. Vini, Colatura pro fomento capitis Detur. Si prædictis ad mollitiem coctis & contuſis ol. rutæ vel irinum addatur, Cataplaſma fit capiti applicandum. Vel

℞ ℴ *rutac. nardin.* ā ā ℥iß.
*deſtill. bacc. juniper.* ℥iij.
*Pulv. caſtor.* ʒj. *euphorb.* ʒß.
*Ceræ. qſ.* F. Linimentum, Capiti & Spinali medullæ applicandum.

In deſperatis Apoplecticis *Horſtium* capiti raſo ſummo cum fructu applicuiſſe ſequens Emplaſtrum teſtatur *Grylingius lib. 1. Med. Practic. part. cap. VI.*

℞ *Myrrh. elect. ſtyrac. calamit.*
*Bdellii Benz. Ladan.* ā ā ℥ß.
*Sandarac. Ar.* ʒiß. *Lap. lazul.* ʒß.
*Oſſ. cran. human. præparat.* ʒijß.
Cum ſ. q. Styracis liquidæ F. Emplaſtrum.

## IV. PARALYSIS.

Quamvis recenſita medicamenta & in paralyſi quoque magnoperè proſint, lubet tamen & alia quædam ab Autoribus ſpecificè ad Paralyſin commendata addere ut Virtus *Juniperi* eò magis omnibus innoteſcat. *Paralyſis.*

Præclarè monet *Quercetanus p. 665. pharmacop. dogmat. reſtitut.* adverſus Paralyſes hydroticum eſſe parandum ex *Internè.*

*ligno juniperino* cum floribus Calendulæ, Lavendulæ & Roſmarini magnâ copiâ, addendo ſingulis hydroticis ſuos Sales in majorem utilitatem, nec non liquorum acidorum ex 🜍is & ⊕li Spiritibus aliquot guttulas.

*Sebizius part. 2. Specul. Med. Pract. ſect. 2 cap. 13. Aquam è baccis* Juniperi ad Paralyſin internè ſingulariter commendat.

Paralyſis. Miſturam ſequentem, capiti utpote confortando apprimè convenientem ægro Paralytico præſcripſit *Rolfincius lib. 2. Conſultat. 20. p. 295.*

℞ *Aqu. ſalv. prim. ver.* ãã ℥ij. *Spir.* CC. ℈ß.
*Extract. juniper.* ℈ß. *caſtorei* ℈ij.
*Syr. cinamom.* ʒß. *ambr. gryſ.* g̃ iij.
Miſc. Doſ. cochlear unum vel dimidium.

Vel

℞ *Miſtur. ſimpl.* ℥viii. *Spir. lign. guajac.*
*Liquor.* CC. ãã ℥j.
*Extract. bacc. juniper.* ʒß. CC. ℈ij.
*prim. ver. calendul.*
*calam. aromat. majoran.* ãã ʒj.
*Eſſent. ſalv. anthous* ãã ʒß.
*Moſch. ambr.* ãã ℈ß.

Miſc. optimè, digeranturut clarificentur; Colentur & uſui reſerventur. Doſ. ℈j. ʒß. ad ℈ij. in liquore convenienti. *G yting lib. 1. med. Pract part. 1 c. 7.*

Externè. Externè à medicamentis quoque mul-

multum auxilii Paralytici ſibi promittunt. Talia medicamenta externa quamplurima extant apud *Sennertum loco ſuprà allegato*, quæ omnia *juniperi baccis* ſunt inſignita.

In Spiritu Vini Paralytico *Mynſichti* primum ferè tenent locum *baccæ juniperinæ*, ſicut ex deſcriptione ipſius *Sect. 18. Armament. Chymic. p. 284.* videndâ liquet. *Idem* Balneum Artificiale, ubi Thermæ naturales deſunt, parat eique *baccas juniperi* ad ℥vij. adjungit & ejus vires ad membra paralytica recreanda parteſque nervoſas calefaciendas, exſiccandas, roborandas, priſtinæque motioni reſtituendas extollit *Sect. 28. cit. libr. p. 411.*

*Grembſius p. 173. arbor. integr. & ruinoſ. homin.* hanc tradit inunctionem.

℞ *Lumbricor. terreſtr. bacc. juniper.*
*Sem. eruc.* āā ℥ij.
*Rad. angel. pyrethr. aron.* āā ℥j.
*Flor. lavendul. roſmarin.*
*Piperis long. allii recent.* āā ℥ß.
*Maſtich. ſuccin. citr. euphorb. caſtor.* āā ʒiij.

His affunde Spir. Vin. rectificat. ℔iij. Colatura ſervetur ad uſum, quâ cum membra paralytica ſæpius inungantur.

*Poterius* fotum ex pede bovino, additis Fol. rorismarin. ſalv. menth. praſs. alb.

alb. calamenth. origan. ãã Mß. Bacc. laur. *Juniper* ãã pj. quæ mixta in aquâ & Vino coquebantur, Paralytico profuiſſe obſervavit, uti refert *in Centur. 1. Obſervat. Curatione 45.*

Sequens ſemicupium, adhibitis & additis aliis quibusdam idoneis remediis, alium Paralyticum reſtituiſſe *idem* teſtatur *Poterius Cent. 2. Obſervat. Curat. 93.*

℞ *Bacc. juniperi* ℔ij. *laur.* ℔j.
*Fol. roſmarin. ſalv. menth. majoran. abſinth. calamenth. origan. rutæ, chamomill. melilot.* ãã Miv.
*Flor. Stœch. Ar. roſar. anthos* ãã piij.
Coqu. in Vino & aqua pro ſemicupio.

Balſamum Antiparalyticum ſingularem deſcribit *Schröderus lib. 2. Pharmacop. med. Chym. cap. 41,* cui *Baccæ Juniperi* ad ℥j. admiſcentur.

Nec jam citatus *Mynſichtus* Ungvento ſuo Paralytico, *ſect. 35. Armament. Chym. deſcriptô, oleum Juniperinum* abeſſe voluit, ſed illud ad ℥j. eidem adjungit.

*Obſervatio* Noſtram ſi adducere liceat experientiam puellam Paralyticam in Civitate Heringenſi 14. annorum hiſce reſtituimus.

Præmiſſis medicamentis purgantibus diaphoreticum tale ordinavimus:

℞ *Lign. ſanct. juniper.* ãã ℥j. *ſaſſafras* ℥ij.
*Rad. ſarſaparill.* ℥iij.

Co-

Coqu. in ſ. q. ▽ fontanæ, Colaturæ adde
*Rob Juniperin.* ℥ß. *Syrup. fl. pœon.* ℥iß.
Miſc. S. Schwitz-tränckllein auf 4 mahl
Inter alia adhibuimus ſequens Elæoſaccharum magnarum certè virium in omnibus capitis affectibus frigidis:
℞ *Ol. anthos. rut. lavend. juniper.* āā ℈ß.
*ſuccin.* gr vij. *apoplect. ab aquâ apoplect.* ℈j.
*Succin. alb. præparat. cran. human. prap.* āā ʒj.
*Cinnab. nativ.* ʒß. ♃ij. ʒj.
*Sacchar. Canarienſ. opt.* ℥ij. l. iij.
Miſc. exactè F. l. a. Elæoſaccharum D. S. Hauptſtärckendes Zucker-Oel.
Præterea addidimus ſequentem Miſturam:
℞ *Spir. CC. cum ⊖e volat.* ʒj.
*Eſſent. juniper. caſtor. ſuccin.* ʒß.
Miſc. in vitro S. Schlag-Eſſentz.
Externè membra paralytica panno aſpero ad rubedinnm usque fricari juſſimus & poſteà oleo ſequenti inungi:
℞ *Ol. d. laterib. ſpic. ſuccin. juniper.* āā *deſt.* ʒß.
*caſtor. euphorb. lumbricor.* āā *coct.* ʒij.
Miſc. DS. Euſerlich vermiſchte Oele zu dem erſtarten Gliedern.
Ad Paralyſin à Variolis excitatam vel poſt illas relictam ſequens commen- *Paralyſis à Variolis*
dat

dat Ungventum *D. Gregorius Horſtius Tractat. de febr. malign. edito à D. Daniel Horſtio p. 141.*

℞ *Pingved. tax. vulpin. anat. anſer.* āā ℥i.
*Ol. abſinth. chamomill. rut.* āā ℥ß.
*bacc. laur. juniper.* āā ʒij.
*Flor. chamomill. ſalv.* āā Mj.
*Vin. malvatic.* ℥iij.

Miſc. F. l. a. Ungventum, quô ſpina dorſi & membra Paralytica inungantur.

*Paralyſis Scorbutica.* A Scorbuto nonnunquam Paralyſin ortum ducere ſæpius obſervatum eſt, quæ Paralyſis dicitur Scorbutica, in cujus initiis ſequens profuiſſe teſtatur *Severinus Eugalenus Tractat. d. Scorbut. p. 70.*

*Externè.*

℞ *Herb. beton.* MIV. *Bacc. junip. q. l.* Coqu. in ℔viij. Aquæ ad modum pultis, Coletur & exprimatur, addatur Sacchar. ℔ij. Coqu. ad ſyrup. conſiſtentiam, cui ab igne remoto adde Zinzib. ℥ij. Maceris, Calam. aromat. Cubebar. Fol. Senn. āā ℥ß Miſc. F. Electuarium. Doſ. cochlি ante & poſte cibum.

Sic in eâdem Paralyſi Decocta ex ligno Saſſafras, Rhodio, Quajaco, Radic. Sarſaparillæ, Chinæ cum *baccis Juniperi* aliiſque antiſcorbuticis commendat *Drawizius* von der Scharbockiſchen Lähmung *p. 163.*

Præte-

Præterea jam *citatus Drawizius* p. 170. & *ſeqq.* ſequentia in Paralyſi ſcorbutica laudat Diaphoretica:

℞ △. *Enul.* ℥iß. *prim. ver.* ℥j.
*Extract. bacc. Juniper* ℈ß.
*Galang.* gr viij.
*Spir* ♀*i rectificat.* ℈j. *piperit.* ℈ß.
*Eſſent. caſtor.* gr VI.
*Manus Chriſti cum* ☍ *ſuccin. parat.* ℥iij.

Miſc. F. Potio.

Vel

℞ *Rob. Juniperi* ℥j. *Sambuc.* ℥ß.
*Succin. alb. præp.* gr XII.
*Pulv. ſem. cochlear* gr VII. *hyperic.* gr V.
*Ol. lign. ſaſſafras* gr ij
♀*i ter Spir. Vin. rectific.* gr ij.
*Sacchari q. ſ.* Miſc. F. Bolus.

Linimentum poſtea externè concinnat tale p. 174. *Externè.*

℞ *Rad. pæon. galang.* ā ā ℥iij.
*Summit. ſalv. hyſſop. beton.* ā ā p. ij.
*Flor. chamomill. rom. pæon.* ā ā p. iij.
*Fol. origan. rut. recent.* ā ā Mß.
*Bacc. laur. Juniper.* ā ā ℥iij.
*Caſtor.* ℥iß.

Inciſ. & contuſ. Coqu. in Ol. lumbricor. ℔ß & Vini ℥iij. ad vini exhalationem, poſtea adde

*Ol. nuc. moſch. expreſſ.* ℥ij.
*Succin. roſmarin. deſt.* ā ā ℈j. Miſce.

Vel

Vel

℞ *Sapæ bacc. ſambuc. Mell. juniper.*
*Reſin. pin. Ol. lilior. alb. āā ℥ij.*
*Gumm. Ammoniac. in ſucco ſummitat. ſambuc. depurat. ℥j.*
*Herb. chamæpytid. meliſſ.*
*Flor. chamomill. āā ℥j. & ʒij. lav. ʒvi.*
*♀i ad nigred. calcinat. ℥ß.*

Miſc. F. l. a. Emplaſtrum.
Hactenus Drawizius.

*Hartmannus p. 87. Practic. Chymiatric.* ſequens commendat ad membra reſoluta:

℞ *Summitat. origan. fol. querc.*
*Bacc. juniperi āā M iv.*
*Conor. abiet. num. IX.*

Coqu. cum ▽ communi ad craſſitiem, quô decoctô membra foveantur donec frigeſcat.

## V. EPILEPSIA.

*Epilepſia.* SI Epilepſiam cum PIESTERO, gentilium quondam Deaſtro, æneis hîc figuris depictô, comparemus, rem faciemus tàm ingenio acuendo idoneam, quàm cum rei veritate conſentaneam.

PIESTERUS imago eſt ænea, incertæ, nec adhuc, brachium licet hanc ob cauſam illi ſit avulſum, cognitæ æris ſpeciei, hominis ſedentis ſtaturam præ ſe ferens, capite magnô perforatô, ore perforatô amplo-

PIESTERUS
EJUS FORMA ANTERIOR.



PIESTERI FORMA POSTERIOR.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

urn:nbn:de:hbz:061:2-169976-p0122-0

DFG

amploque ventre prædita, aſpectu terribilis & tota cava. Hæc ſi adimpleatur aquâ aliisque rebus diverſarum qualitatum & ſupra ignem, obturatis foraminibus in capite & ore ligno firmiſſimè, collocetur, paulò poſt cum incaleſcit humor tranſudat ſudoris inſtar. Succedente verò tempore & accreſcente calore obſtacula foraminibus intruſa & admota maximo cum impetu rejicit, magnoque cum fremitu & boatu igneam evomit flammam maximo cum terrore ſummaque admiratione adſtantium. Hanc antiquam & de Gentilium adhuc ſuperſtitione teſtantem Imaginem aſſervat *Illuſtriſſima Aula Sondershuſana Schwartzburgica*, olim poſita fuit in monte Rotenburgo altiſſimo propè Kelbram ſito, & eâ uſi ſunt Sacerdotes Ethnici ad lucrum excitandum & ſacrificia adaugenda, dum Majoribus noſtris, fucum neſcientibus, perſvaſerunt, Deum *Pieſterum* eſſe iratum & præ iræ ardore, ſudorem illum emittere, ideoque neceſſe eſſe, ut donis placetur. Hoc ſi factum, ignem ſuggeſtum abſtulerunt & ſudor evanuit, ſin minus, ignem auxerunt & tunc ſecuti ſunt fremitus & boatus ignisque violenta egeſtio, quibus viſis & auditis, imperita & ſuperſtitioſa cohors

attulit quæ poſſedit, ira Pieſtri ut placetur. O ſuperſtitioſam dementiam!

Sed ad Epilepſiæ comparationem accedamus. Sicut *Pieſterus* ipsô aſpectu imago eſt terribilis, ita & Epilepſia affectus eſt terroris plenus, ita ut & Romani Comitia, ſi quis repentè hoc morbô correptus concidiſſet, dirimerent.

Sicut etiam *Pieſterus* ſudorem emittit, fremit & boat, ignem evomit &c. Ita ab Epilepticis ſudores quandoque tranſpirantur mephitici, fremunt illi nonnunquam & miſerandô clamore omnibus horrorem incutiunt, dentibus ſtrident, & licet ignem non evomant, effluit tamen ex ore illorum ſpuma horrendô & abominabili cum aſpectu.

Sicut etiam recenſitos hos effectus in *Pieſtero* non ab incantatione, ſed à nimiâ repletione aque contrariis & invicem inter ſe pugnantibus rerum illatarum qualitatibus, nec non ab acribus, volatilibus & ſulphureis exortis vaporibus & excitatâ effervefcentiâ, ut & ab obſtructione foraminum ligneis cuneis conciliatâ provenire putamus, ita & Epilepſiam vel à nimiâ & vitioſâ tàm ſangvinis quàm aliorum humorum repletione & abundantiâ, inque non acri ſolùm

lùm & mordaci ſed ſingulari etiam hoſtilitate & nervoſo generi infeſtâ qualitate conſiſtente, vel ab acrioribus & acidis vaporibus, effervefcentib9 à cerebro vel inferioribus partibus, obſtructione laborantibus, excitatis, vel à quavis re capiti & nervis inimicâ provenire autumamus, & ſic non imperitè *Pieſterũ* cum Epilepſia comparari poteſt.

In terribili hoc affectu *Juniperus* opem petentibus, operam & auxilium non denegat, ſed atrocem hunc hoſtem dextrâ felici ſæpe fugat & propellit.

*Quercetanus* Epilepſiæ Elixir Vitæ majus ℥ij *baccarum juniperi* clarum, ut & Aquam Theriacalem Cephalicam ℥j *earundem baccarum* honeſtatam, nec non Aquam Antepilepticam Majorem ℥ß *earundem* nobilitatam opponit, & inprimis in hoc affectu ſequens Decoctum Hydroticum deprædicat *cap. 8. pharmacop. dogmat. reſt. p. 665.* *Internè.*

℞ *Raſur. lig. bux.* ℥ijß. *lign. Juniper.*
*Rad. pæon. viſc. quern.* ãã ℥iß.
*Raſur. lign. Rhod. C. C.* ãã ℥vi.
*eboris, rad. chinæ* ãã ℥ß.
*Sem. card. bened. cort. citr.* ãã ℥j.

Macerentur per 24. horas in ℔viii. aquæ fontanæ tepidæ, Deinde Coqu. ad unius tertiæ conſummationem addendo ſub finem Decoctionis *flor.* tiliæ & lil. convall.

ãã p. ij. Fiat Colatura per manicam Hippocratis cujus Doſ. ℥v. ad vi. in potu.

*Grülingius lib. 1. Med. Pract. part. 1. cap. V.* ad Epilepſiam commendat *Electuarium Juniperi* cum Magiſterio Smaragdi.

*Externè.* Externè in paroxyſmo Epileptico cervicem illinere monet *Hofmannus l. 1. meth. med. cap. 19. oleo ex ligno juniperi* & *Sennertus lib. 1. Med. Pract. part. 2. cap. 31.* oleo ſequenti membra ut inungantur convulſa ſvadet.

℞ *Ol. lil. albor. chamæmel.* ãã ℥ß.
*Pingved. human.* ʒij. *Ol. juniper ſtill.* ʒj. Miſce.

Linimentum ad nares tale in paraxyſmo idem commendat Autor *loco citato*:

℞ *Extract. rut.* ℈ij. *caſtor.* ℈j.
*Ol. deſt. rut. ſuccin.* ãã ℈ß.
*Gran. juniper. majoran.* ãã gij.
*Camphor.* gr v. *Theriac. antiqu* ʒß.
F. Linimentum ad nares

Simile Balſamum Epilepticum concinnat *Hofmannus Theſaur. Pharmaceut. p. 35* & eodem nares & verticem capitis bis vel ter in die inungit, quamvis *oleum Juniperi* ſpinæ dorſi illitum idem præſtare indicat *Conrad Kunrath medull. deſtill. p. 446.*

Cucupham ſequentem ægroto ſalutarem pronunciat *Rolfincius lib. 2. Conſult. 12. p. 107.* ℞ *Flor.*

℞ *Flor. lil. convall. prim. ver. pœon.* ãã Mj.
*Rad. acori, valerian. fraxinell* ãã ℥ß.
*Sem. aniſ. fœnic.* ãã ʒij, *fol. major.* MIV.
*Reſin. tacamahac. junip. hederæ* ãã ℥ß.
*Succin.* ℥j.

Contuſis & conciſis adde ol. anthous, rhodin. ãã ℈ß. conſuantur in ſyndone rubrâ.

In Epilepſia infantum ſpinam dorſi & membra quæ contrahuntur ſequentibus remediis illinire jubet *Verzaſcha l.* 1. *River. Contract. cap.* 8. *Infantum Epilepſia.*

℞ *Aqu. ſalv.* ℥ij. *aqu. vitæ cum caſtor. & maſtich.* ℥j.
*Spir. lil. convall. juniper.* ãã ℥ß.
*Ol. deſtill. ſuccin.* ℈j. Miſce.

Vel

℞ *Ol. vulpin.* ℥j. *caſtor* ℥ß. *rut.* ʒij.
*deſtill. è bacc. juniperi* ʒj. Miſce.

## VI. CONVULSIO ſeu SPASMUS.

DE Ebriis haud imperitè Comicus ita loquitur. Neque manus neque pedes faciunt officium, ſed veriùs in Convulſos illud quadrat, quibus nulla corporis pars convulſa remanet in officio; Et huic malo ſtrenuè ſe opponit *Juniperus*, internè & externè adhibita. *Convulſio.*

Internè ad convulſionem Syrupum de pyrethro compoſitum ʒiij. *bac-* *Internè.*

*carum juniperi* clarum exhibet *Mynſichtus ſect. 16. Armament. Chymic. p. 262.*

In Spaſmo maligno & epidemio anno 1596. & 97. graſſante potum è Radicibus helenii, pœoniæ, Herb. ſalviæ, rutæ, *baccis juniperi* in uſu fuiſſe ægrotis teſtatur *Sennertus lib. 4. de febr. cap. 14.*

*Externè.* Externè ſequens Unguentum in Spaſmo ex *Paræo* extollit *Fabricius Hildanus cap. 24. Tract. de Gangræna*:

℞ *Herb. ſalv. chamæpit. majoran. menth. rut. lavend.*
*Fl. chamomill. melilot. aneth. hyperic.* āā Mß.
*Bacc. laur. Juniper.* āā ℥ij.
*Rad. pyrethr.* ʒij.
*Maſtich. Benz.* āā ℥iß *Therebinth. Ven.* ℔j.
*Ol. lumbricor. aneth. catellor.* āā ℥vi.
*Therebinth.*
*Axung. human.* āā ℥ij. *Vin. malv.* ℔jß.
*Ceræ q. ſ.* Miſc. F. l. a. Ungventum.

Notum & celebre quoque eſt Balſamum Spasmaticum *Mynſichti*, quod ita *ſect. 24. Armament. Chym. pag. 475.* parat:

℞ *Pingved. angvill.* ℥j.
*Ol. galban. cum Spir. therebinth. deſt.* ℥ß.
*lumbricor. lil. albor.* āā ʒiij.
*ſuccin. alb. rectif. roſmar. angel.* āā ʒiß.
*Bacc. juniper. chamomill. origan. Cret. laur.* āā ʒj.

*Caryo-*

*Caryophill. lavend. ſalv. rut.* ãã ℈j.
Miſc. & cum Ol. Moſch. expreſs. & Ceræ alb. ãã qſ. F. l. a. Balſamum.

Sic & Ungvento ſuo Spaſmatico idem Autor *Spiritum Juniperi* ad Uncias tres adjungit, *ſect. 35. pag. 496. libr. citat.*

Balneum tale commendat *Verzaſcha lib. 1. River. Contract. cap. VI.*

℞ *Rad. alth.* ℥ij. *lil. albor.* ℥j.
*Fol. beton. malv. parietar.*
*ſalv. chamæpit.* ãã Mij.
*Sem. lin.* ℥iß. *fœnu græc.* ℥ß.
*Bacc. juniper.* ʒvj. *laur.* ʒij.
Inciſa & contuſa coquantur pro Balneo.

Curavimus elapsô annô juvenem in hâc civitate 14. annorum, motibus convulſivis in manu & pede ſiniſtri lateris obnoxium, ſequentibus: *Obſervatio.*

Præmiſſis purgantibus & vomitoriis idoneis Diaphoreticum tale ordinavimus:

℞ ⊖ *C. C. volat. ſuccin. volat.* ãã gr. XVI.
*juniperin. fix.* ℈j.
*Flor.* ✳ci ʒß.
Miſc. Divid. in 4. æquales partes S. Vier Schweißtreibende Pülverlein.

Hiſce adhibitis ſudavit per horam ſingulis vicibus in laconico, in quo ſedens artus convulſos inungere juſſimus Spiritu ſequente.

℞ *Spir. lumbric. terreſtr.*
*Bacc. juniper.* ãã ℥iij.
*Lign. juniperin.* ℥j.
🜊ci ℥vi.

Miſc. S. Vermiſchter euſerlicher Spiritus.

Ex laconico egreſſus ſpinam dorſi ut & manum & pedem in latere ſiniſtro inunxit oleo ſequenti:

℞ *Ol. vulpin. de caſtoreo* ãã ℥ij.
*deſt. laterin. juniper.* ãã ℥ß.
*ſuccin.* ℈j.
*Balſ.* 🜍*is juniperin.* ℈ß.

M.D.S. Euſerlich Krampf-Oel.

Quibus adhibitis, DEO ſit laus, convaluit.

## VII. AFFECTUS SOPOROSI.

Ὕπνον τοῦ θανάτου ἀδελφὸν qui dixit, à vero non aberravit, experiuntur illud ægri affectibus ſoporis obnoxii, qui mortuis magis ſimiles apparent quàm vivis.

Sunt autem affectuum ſoporoſorum potiſſimum quatuor. I. dicitur *Lethargus* & eſt inexpugnabilis dormiendi neceſſitas cum febre, à quâ tamen æger excitari & ad interrogata ut reſpondeat adduci poteſt, licet ſtatim in ſomnum iterùm relabatur. II. dicitur *Carus*, & eſt adhuc profundior ſomni neceſſitas ſine febre, ex quo æger vix excitari poteſt, & ad

*Lethargus.*

*Carus.*

ad interrogata non reſpondet. III. vocatur *Catalepſis*, quæ eſt ſomni profunditas manentibus oculis apertis & perſeverante corpore in eo ſtatu & figura, quâ æger correptus fuit. IV. *Coma ſeu Cataphora* appellatur, & eſt ſomnus quoque profundus, à quo tamen æger excitari poteſt, ut oculos aperiat & vocatus reſpondeat, in quem autem mox iterùm relabitur. Proximè accedit ad Lethargum, à quo tamen differt, quòd abſque febre hominem corripere ſoleat. *Catalepſis.* *Coma.*

Et in hiſce affectibus *Juniperus* præſtò eſt manu auxiliatrice, ut ex ſequentibus patebit.

In omnibus ſoporoſis affectibus Decoctum reſolvens capiti applicat & brachia, manus, pedes, & crura illo fricare jubet *Riverius lib. 1. med. Pract. cap. 2.* *Internè.*

℞ *Rad. pœon.* ℥ß. *angel.* ʒij.
*Fol. beton. ſalv. rut.* ãã Mj.
*Flor. majoran. lavend. anthos* ãã pj.
*Bacc. juniper.* ʒiij. *laur.* ʒij.

Coqu. in vin. alb. veter. & aceti opt. ãã ℔ij, Colatura Detur ad Vitrum & applicetur.

Tinctura Diaphoretica ſequens in omnibus morbis ſoporiferis proponitur à *Schrödero lib. 2. Pharmacop. med. Chym. cap: 85.*

℞ *Rad. zedoar. angelic. calam. arom. galang. ſarſaparill. ulmar.*
*Macer. zinzib. cinam. gran. parad.*
*Piper. nigr. caryoph. lign. ſaſſaſr.* ā ʒj.
*Aloës, maſtich. myrrh. thur. camphor.* ā ʒß.
*Moſch.* ℈j. *Spir. Vin. Aqu. roſ. moſchat.* ā *qſ. ut ſuperemineant digitos 4.*

Adde ad maturandam putrefactionem:

*Spir.* 🜍*is. per camp.* ℥ß.
⊖*is juniper.* ʒj.

Stent in loco calido per 14. dies. Doſ. ℈j.

In *Lethargo* liquorem hunc adhibet *Sennertus lib. 1. Med. Pract. part. 2. cap. 20.*

℞ *Extract. granor. juniper. angel. zedoar.* ā ʒj.
*Theriac. antiqu.* ℈ij.
*Syr. d. ſcord. acetoſit. citr.* ā ʒv.
🜄. *rut.* ʒvi. *cinamom.* ʒiij.
*Spir.* 🜔*li gutt* ix. Miſc.

De quo cochlear unum vel alterum ſæpius exhibendum.

In eodem affectu Decoctum alterans tale præſcribit *Rolfincius lib. 2. Conſultat. V. p. 94.*

℞ *Rad. pœon. fœnic. caryop. helen.* ā ℥ß.
*Fol. beton. roriſmar. ſtœchad. Ar. lavend. cum flor.* ā Mß.
*Flor. anthos, lav. ſalv. lil. conval.* ā pj.

*Lign.*

*Lign. juniper. rhod.* ā̄ ʒiij.
*Nuc. moſch. num.* ij. *Sem. aniſ. fœnic.* ā̄ ʒj.

Coqu. in ſ. q. ▽æ fontan. in vaſe clauſô Colaturæ ℥ix. adde

*Syrup. d. ſtœchad.* ℥iß. *d. pœon. anthos,* ā̄ ℥j.
*Succini catarrhal.* ʒj. *Sacchar. cand. qſ.*

Miſc. F. Potio D. in fictili S. Hauptſtärckenter Tranck auf 3. mahl.

Idem *Autor* ad eundem affectum balſamum ſequens ita concinnat *loc. cit.*

℞ *Ol. deſt. lavend. caryophill. cinamom. majoran. lil. conval.* ā̄ g̃ x.
*Succin.* ℈j. *juniper.* ʒj.
*Nuc. Moſch. expreſs. qſ.* ad *balſami conſiſtentiam.*

Miſc. D. S. in pyxide ſtanneâ vel argenteâ Haupt-Balſam.

Externè quoque *Sennertus locô jam citato* Lethargicis, caput ut hiſce Decoctis illinant, ſvadet. *Externè.*

℞ *Herb. beton. ſalv. roſmarin.*
*Flor. ſtœch. Ar. ſpic. noſtr.* ā̄ ʒij.
*Bacc. laur. juniper.* ā̄ ℥ß.
*Sem. pœon. rut. fœnic.* ā̄ ʒj.
*Rad. Pyrethr.* ʒiij.

Coqu. in vaſe duplici, vel locô calidô digerantur. Colaturâ expreſsâ caput illinatur.

Vel

℞ *Bacc. laur. juniper.* āā ℥iß.
*Rad. angel. zedoar. imperator.* āā ℥j.
*Herb. roſmarin. ſalv. beton.* āā Mj.
*rut. ſalurej. majoran.*
*Flor. lavend.* āā Mß.

Inciſa bulliant in ſ. q. ♁i, in quo decocto ſpongia vel linteum madefiat & capiti calidè applicetur.

*Timæus à Güldenklee lib. Caſ. med. p. 21.* ſequens decoctum ad Cari Curationem præſcripſit:

℞ *Coſt. Ægyptiac. ver.* ʒvi.
*Rad. pœon.* ☽ *decreſcente collect. fœnic. acor. ver. angel. cyper. enul. ireos.* āā ʒiij.
*Herb. roſmarin. beton. melıß. ſalv. orig. majoran. thym.* āā Mß.
*Fl. prim. ver. lavend. lil. convall. ſtœch. Ar.* āā pj.
*Bacc. laur. juniper.* āā ʒiij.
*Sem. aneth. fœnic. rut.* āā ʒiß.
*Lign. ſaſſafras odorif.* ʒvi.

Inciſ. & conquaſſat. Coqu. in ſ. q. ▽ ſimpl. Colaturæ ℔iij. adde

*Syrup. d. hyſſop. d. ſtœchad. d. pœon.* āā ℥iß.
*de beton.* ℥ij.
*Oxymell. ſimpl.* ℥ijß.

Mixta clarificentur cum albumine ovi D. in fictili S. Decoctum.

VIII.

## VIII. ΑΓΡΥΠΝΙΑ ſeu VIGILIÆ NIMIÆ.

De Argo Vigilace ita pulchrè *Ovidius lib. 1. metamorph. fab. XVI.* canit. *ἀγρυπνία*

*Centum luminibus cinctum caput Argus habebat,*
*Inde ſuis vicibus capiebant bina quietem*
*Cætera ſervabant, atque in ſtatione manebant.*

ſed oculi Argi non omnibus conceſſi, ideò,

*quod caret alternâ requie durabile non eſt.*

Proinde ℞ *Bacc. Juniper contuſ. q. v.*
*Ol. lini qſ.*

Moveantur ſæpe, coquantur vaſe operto & temporibus refrigerata applicentur, *Conrad Kunrath. medull. deſtill. p. 429.*

Celebre eſt Emplaſtrum hypnocum *Mynſichti*, quod ita *ſect. 36. Armament. Chym.* parare docet:

℞ *Ungvent. popul. ceræ citr.* ā ā ℥iij.
*Opii ſpagyr. præp. Ol. nuc. moſch. expr.* ā ā ℥iß.
*Tacamahac, maſtich. Sandarac.* ā ā ℥j.
*Storac. calam. oliban. el. Reſin.* ā ā ℥ß.
*Gall. moſchat. ver. Extract. croc.* ā ā ℈j.
☍ *deſt. roſar. ver* ℈ß. Miſce.

F. l. a. Emplaſtrum, Temporibus, fronti & pulſibus ante ingreſſum lecti applicandum.

*Mania.*

## IX. MANIA.

MAximum DEI donum eſt mens ſana in ſano corpore, & econtra abominabile & horrendum eſt ſpectaculum hominem videre amentem & inſanientem, quippe qui belluæ feroci magis ſimilis eſt, quàm homini, in crudeliſſimo tamen hoc affectu ſolatium à *Junipero* præmiſſis præmittendis expectari poteſt.

*Interne.* *Joh. Michaël Savonarola Tractat. VI. Practic. major. cap.* I. ſequens Maniacis commendat Electuarium, præſertim ſexui ſequiori:

℞ *Agni caſt.* ℥iij. *Bacc. juniper. myrtillior.* ãã ℥ß. *Pæon.* ʒj.

Perfectè piſtentur & non cribellentur, & cum melle non deſpumatô F. Electuarium. Doſ. quantitate nucis magnæ manè & ſerò.

Alii, teſtante *Sennerto*, commendant Emulſionem ex ſemine papav. alb. nuc. jugland. ſem. nigell. cannab. *Gran. Juniper.* & thure factam cum ceroviſiâ calidâ.

*Externè.* Externè in hoc malo idem ſequentia commendat *Autor lib. 1. Med. Pract. part. 2. cap. 15.*

℞ *Herb. verben.* Miß. *ſabin. lupul.* ãã Mj. *Placent. roſar. num. 1. Gran. Junip.* ʒVI.

Con-

Conciſa groſſo modo indantur ſacculo in ▽ communi coquendo & verticiimponendo. Vel

℞ *Placent. roſar. num.* 1. *Gran* Junip. Mß.
*Sem. lactuc.* ℥j. *papav. nigr.* ℥ij.
*Spir. Vin.* ℥ß. *album. ovi. num.* 1.

Contund. & cum ſ. q. ▽æ roſar. in fine addent. ſem. carv. vel cumin. parùm F. Placenta capiti imponenda.

Sequentia Maniacis commendat *Conrad Kunrath. p. 428. medull. deſtillator.*

Internè ℞ *Herb. vel Flor. lav. menth.* ā̄ā *q. v.* Coquantur cum cereviſiâ ſecundariâ, Decoctum *Baccis* Juniperi & nucleis nucum juglandium affundatur, ut fiat Inſtar Emulſionis, quâ de manè calidè, veſperi frigidè bibatur ad lubitum.

Externè ℞ *Nucl. nuc. jugland. num. XXX.*
*Papav. alb. pond. æqual.*
*Flor. anth.* ʒVI.

Omnibus invicem probè tritis & ſubactis adde:

*Ol. deſt. bacc. Juniper. balſamin.* ā̄ā *gutt.* XII.
▽ *Juniper.* ℥j. *roſmarin. roſar.* ā̄ā ℥ß.

Miſc. ad conſiſtentiam pultis, & cataplaſmatis locô capiti tribus noctibus applicetur.

*Rolfincius lib. 2. Conſultation. 9.* capiti

piti Maniaci ex amore inſani ſequens ſacculus ut applicetur ſuadet:

℞ *Fl. anthos, betonic. lil. convall. prim. ver. lavend. roſar. ſalv.* ãã pij.
*Succin. maſtich.* ãã ℥j. *benzoës,*
*Styrac. opt.* ãã ℈ij. *gumm. juniper.*
*Nuc. moſch.* ãã ℥iß. *Cubebar.* ℈ß.

Miſc. F. l. a. Species pro Cucupha, adſperge ol. majoran. deſt. gutt. VI. lign. rhod. gutt. IV. S. Hauptſtärckende Species zur Farbe.

Pro ditioribus ambra, moſchus & Spir. lil. convall. addi poſſunt.

*Obſervatio.* Elapsô annô 1676. Maniacum, catenis vinctum 3. menſium ſpatio, feliciter hiſce curavimus medicamentis.

I. ℞ *Extract. hellebor. nigr.* ℥j. *fol. ſenn.* ℈ij. Solvantur hæc extracta in ſ. q. ▽æ anagallid. D. S. Purgier Träncklein auf 2. mahl.

Cum verò expectationi hæc non ſatisfacerent ægerque, ne venena ipſi exhibeantur, metuens, plura admittere nollet, ipſi neſcienti vino vitrum ℥ij ad ℥viii. infuſum aliquoties exhibuimus, & purgatô corpore ſanguinem è diverſis venis, ut ex medianâ brachii ſiniſtri, ex baſilicâ brachii dextri, ex ſalvatellâ manuum & ex cephalicâ utriusque pedis largiter in pletorico miſimus, & poſtea manè & veſperi uſi ſumus Pulvere ſequenti: II. ℞.

II. ℞ *Nitr. cum* 🜔 *e præp.* ℥ß. *ſacchar.* ♄i ʒiij.
*Corall. rubr. ſuccin. præp.* ãã ʒiß.
⊖ *angel. juniper.* ãã ℈ij.
*Cinnabar. nativ.* ʒvi.
Miſc. omnia, D. S. Pulvis Antimaniacus Doſ. ℈j.

Pomeridiè horâ tertiâ ordinavimus:

III. ℞ *Eſſent. anagallid. & hyper. Rolfinc.* ʒiß.
*Tinct. corall.* ʒj ♁ij ʒß.
Miſc. in Vitro S. Vermiſchte Haupt-Esſentz:

Externè verticis & temporum regio illinebatur hoc Balſamo:

IV. ℞ *Ol. nuc. moſch. expreſſ.* ʒij.
*deſt. ſuccin. gagat. anthos,* ãã ℈ß.
*juniper. lavend.* ãã gtt. vii.
Miſc. l. a. ad conſiſtentiam Balſami.

Quibus adhibitis, DEO ſit laus, ſalvus eſt & incolumis & adhuc officiô ſuô iterùm fungitur.

## X. MEMORIÆ IMBECILLITAS.

ELeganter, licet ex opinione propriâ, *ingenioſiſſimus Renatus des Cartes part. 1. de Paſſionibus* monſtrat, quomodo reperiamus in memoriâ ea, quorum recordari volumus, *inquiens*: Cum anima vult recordari alicujus rei, hæc voluntas efficit, ut glans (quam cerebro peculiariter ineſſe dicit) ſe ſe inclinans ſucces- *Memoria Imbecillitas. Memoria quomodo contingat ex mente Carteſ.*

ſivè horſum & illorſum, impellat Spiritus ad varias cerebri partes, usque dum invenerit eam, in qua ſunt veſtigia, quæ reliquit objectum, cujus volumus recordari: Nam illa veſtigia nihil aliud ſunt quàm quod pori Cerebri, per quos Spiritus antea ceperunt ſuum curſum, propter præſentiam hujus objecti acquiſiverint majorem facilitatem quàm alii, ſeſe rurſus aperiendi eodem modô Spiritibus, qui ad ſe veniunt: adeò ut hi Spiritus, eos poros facilius ſubeant, quàm alios, quâ ratione excitant motum ſpecialem in glande, quæ repræſentat animæ idem objectum, & ipſi indicat, idem illud eſſe, cujus recordari volebat.

Magnus eſt Theſaurus firma memoria, & quantum noceat ejus imbecillitas, norunt hâc qui ſunt affecti.

Contra hunc affectum ſtrenuè pugnant *baccæ Juniperi, teſtante Sebizio part. 2. Specul med. Pract. cap. 15.*

*Internè.* Pilulas ad memoriam *Sennerti*, ut & Balſamum mnemecephalicum, quem *Schröderus & Sennertus* deſcribunt, *juniperi baccæ* quoque ingrediuntur, utramque deſcriptionem, cum *Nobiliſſimus D. D. Herdot in Crocologia* tradiderit, nolumus hîc repetere.

Internè

Internè Pulverem ſequentem in memoriæ Imbecillitate ordinavit *Platerus lib. 1. obſerv. pag. XI.*

℞ *Sem. coriandr. fœnicul. aniſ. carv. ſaccharo ſemi coopert.* ãã ʒiij.
*Majoran. ſicc.* ʒß. *gran. Junip. num. X.*
*Cinamom.* ℥ß. *ſpec. diagalang.* ʒj.
*Sacchar. roſ. tabulat. qſ.* F. Pulvis.

Externè ſequens præſcribit Ungventum *Sennertus lib. 3. med. Pract. part. 2. cap. V.* — *Externè.*

℞ *Ol. coſt in. juniperin.* ãã ℥j. *nardin.* ℥ij.
*d. caſtor.* ℥ß. *ſpicæ,* ʒiij.
*Pulv. Cinamom. nuc. moſch.* ãã ʒj.
*caryophill. macer.*
*Flor. anthous, lavend. ſtœch. Ar. ſpic. celt.* ãã ʒß. *roſ. purp.*
*Cubebar. piper. long. ſiler. mont. cardamom.* ãã ℈ij.
*Vini malvat.* ℥iij. ▽*æ roſar.* ℥iv.

Coqu. ad conſummationem humiditatis & Colentur, poſtea adde *Spec. diambr. diamoſch. dulc. dianth.* ãã ʒj.

*Moſch. in* ▽ *roſar. ſolut.* ʒß. Miſc.

F. Ungventum, quo poſt lotionem capitis occiput illinatur.

## XI. CATARRHI.

QUemadmodum in hoc orbis μακροκόσμῳ non ſemper aureum Solis jubar homines delectat radiis aureis, ſed nimboſus quandoque ſurgit Orion imbresq; — *Catarrhi.*

breſque nubibus hiſpidos manant in agros, ſic in homine μικροκόσμῳ varii quoque occurrunt catarrhorum imbres, qui variant triplici modô 1. ratione termini à quo, 2. ratione viæ per quam, & 3. ratione termini ad quem derivantur, ſicque fiunt vel Externi vel Interni, Calidi itidem vel Frigidi, prout cauſæ eos excitantes ſe habere ſolent. Omnibus hiſce generosè reſiſtunt *Juniperina medicamenta.*

Præmiſſis Purgantibus neceſſariis ἱδρωτικὰ medicamenta ad expellendos & funditùs extirpandos totius corporis humores noxios magno ſunt uſui. Si forma Decocti arrideat, tale præſcribit *Rolfincius lib. 2. Conſultat. 22.*

℞ *Rad. angel. fœnic.* ãã ʒj.
*Fol. card. bened. capill. ♀. veron.* ãã piij.
*Fl. chamæmel. Rom. ſambuc.* ãã pIV.
*Sem. aquileg. bacc. juniper.* ãã ʒij.
*citr. excortic.* ℈j.
*Lign. ſaſſafr. gvajaci* ãã ℥iij.
Coq. in ſ. q. 🜄æ fontan. Colaturæ ℔j. adde
*Syr. d. ſcord. card. bened.* ãã ℥ij.
Miſc. F. Potio ad 4. Doſes.

Si autem catarrhi nimis acres, tenues, calidi, cum tuſſi vehementi continuiſque vigiliis ſint conjuncti, intercipientia & incraſſantia medicamenta adhibenda ſvadet *Sennertus lib. 1. Med. Pract.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169976-p0142-1
DFG

*Pract. part. 2. cap. 34.* hâc tamen cum cautione, ne ſtatim principio adhibeantur catarrhum ſiſtentia, ſed potiùs divertentia, niſi forſan materia cum periculo ad pectus ruat & ſuffocationis periculum immineat, monetque ſiſtentibus non eſſe utendum poſtquam materia jam ad pectus defluxit, ſed dum ad pectus deſtillat. Pilulas præſcribit tales.

℞ *Thur. albiſſ. ſandarac. Ar. myr.* ā ā ʒß.
*Lign. aloës. nuc. moſch. macer. croc.* ā ā ℈j.
*Ladan. puriſſ. ſtyrac. calam.* ā ā ʒij.
*Moſch.* g̃ v.

Miſc. & cum Syrupo de ſtœchade F. Pilulæ pro ʒj. num. VI.

Vel dentur deglutienda grana maſtichis & thuris horâ decubitus vel per ſe, vel ita præparata:

℞ *Gran. thur. maſtich. ſandarac. Ar.*
*Tragacanth.* ā ā ʒß.

Macerentur in vino rubro, deinde exſiccentur & deglutiantur num. V. vel VI.

Externè à *Sennerto loc. cit.* commendantur varia, ut Pulveres ad ſuffitus, Pulveres capiti inſpergendi, Sacculi pro capite, Cerota ad ſuturam Coronalem obducendam, Emplaſtra & alia talia, omnia *juniperi partibus* inſtructa & condecorata. *Externè.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169976-p0143-7
DFG

Inprimis in Catarrho ſuffocativo, ſi maximum ineſt periculum, Phœnigmis & Veſicatoriis opus eſſe Autor eſt *idem Sennertus loc. cit.* hancque Phœnigmi formulam addit :

℞ *Rad. aſphodel. pyrethr.*
*Bacc. laur. juniper.*
*Piper. long. ſinap.* ãã ʒj.

Terantur in pulverem & inunctô prius vertice oleô coſtinô aliquid de illo circa ſuturam coronalem inſpergatur, vel cum oleo euphorbii & cera qſ. F. Cerotum Suturæ Coronali imponendum.

*Uffenbachius in appendic. ad Antidotar.* pulverem talem internum ad quascunque defluxiones deſcribit:

℞ *⊖is uſt. bacc. juniper. laur.*
*Sem. cumin. aquil. aniſ. cinam.* ãã ʒij.
*♀tis ▽â diſſolut. & coagulat.* ℥ß.
*Zedoar. zinzib. ſuccin. macer.* ãã ʒj.
*Croc.* ℈j. *rad. tormentill.* ℥j.
*Sacchar. ad pondus omnium.*

Miſc. F. Pulv. Doſ. quantitate nucis avellan. in cibo quotidiè ſumenda.

In tuſſi à catarrho acri ſequens commendamus Eclegma:

℞ *Rob. Juniper.* ℥j. *Syrup. de jujub. loch ſan.* ãã ℥ß.
*Spec. diatrag. frig. diaireos* ãã ʒj.
*Sperm. cet. non ranc.* ℈j. *flor. benz.* ℈ß.
*Ol. ſacchar. cum Spir. Vin. parat.* ℥iß.

Miſc.

Miſc. D. S. Ablöſender Bruſt-Safft.

*Grülingius lib. 1. Med. Pract. Part. 1. cap. 14.* varia proponit medicamenta anticatarrhalia externa, ut Pulverem pro ſiſtendo catarrho, qui capiti inſpergendus, Suffimigium, Species pro capitis & pedum lotione, Sacculum in catarrho frigido, Pulveres pro fumo, Sacculum ad materiam catarrhi abſumendam caputque roborandum, Pomum odoriferum, Pileolum in catarrho frigido, quæ omnia *juniperi* partibus ſunt nobilitata & *loco citato* videri poſſunt.

*Mynſichtus ſect. V. Armament. Chym. Spec. diabalauſt.* in catarrhis commendat, quibus *gummi Juniperinum ad* ℥ß addit, & ſuffimentum *de ſandaracâ & de ſuccino* ad catarrhos ſiſtendos & exſiccandos maximoperè extollit *ſect. X. lib. 2. citat. B. D. D Hofmannus p. 64. Theſaur. Pharmacevt.* Emplaſtrum Altenburgenſium *gummi Juniperino* quoque clarum proponit & in catarrhis, apoplexia, epilepſiâ, paralyſi &c. bregmati applicatum mira præſtare dicit, vid *loc. cit.*

Pro pedum lotione in catarrhis ſequentia præſcripſit *Timæus à* Güldenklee *lib. 1. Caſ. med. p. 46.*

℞ *Herb. ſalv. hyſſop. origan. thym. beton. majoran.* āā Mj.
*Fl. chamomill.* Miß. *ſtœchad.* Mj.

*Summit. aneth.* Mj. *Bacc. Juniper.* ℥iſ. 🜍is ℥iij.

Incid. groſſo modo pro pediluvio.

Singularis balſami anticatarrhalis, cujus operam addendo guttas aliquot olei C. C. ſæpe felici cum ſucceſſu experti ſumus, meminit *Rolfincius lib. 3. Conſultat.* 1. paratur ita:

℞ ℔ *nuc. moſch.* ℥ij. *ſuccin.* ℈ß. *junip.* ʒß. *majoran.* ℈ß. *Balſ. Peruvian.* ℈j.

Miſc. F. l. a. Balſamum S. Balſam an die Schläffe und auf den Nacken zuſtreichen.

## CAPUT IX.

## JUNIPERUM IN OCULORUM MORBIS COMMENDAT.

### I. VISUS IMBECILLITAS.

*Viſus Imbecillitas, ejus Nomina.*

MAgnum ad quævis negotia expedienda eſt impedimentum Viſus Imbecillitas. Græcè dicitur ἀμαύρωσις, ἀπὸ τοῦ ἀμαύρου, quod obſcurum quid, vel ἀπὸ ἀμαυρεῖν, quod obſcureſcere denotat. Vocatur quoq; ἀμβλυωπία, ἀμβλώμα & ἄμβλωσις, ἀμβλὺ enim hebes & obtuſum, & ἀμβλύνω idem quod obtundo, hebeto, obtuſum reddo, ſignificat.

*Differentiæ.*

Nomina hæc inter Autores ſæpe pro Synonymis habentur, aliter tamen ſentiunt *Aëtius tetrad. 2. ſerm. 3. cap. 48. Paulus lib. 3. cap. 22. Actuarius lib. 2. meth. med. c. 7.* & ἀμαύρωσιν, quæ etiam nonnullis